

# INTERLOCUTIO.

259

Si quid est vultibus vestris, Auditores, inclutis in  
universum nominibus compellandi, divinare mihi liceat,  
quod applausui propiores notasse mihi videor, quam in-  
dignationi, primam illam de Pace Bello preferenda  
sententiam, quam procul dubio bene percepistis omnes,  
fideliter hausistis singuli, per omnia reprobendam san-  
existimatis. Fortasse autem aliqui Vestrum ideo non  
refragabuntur: quia bellum, quod in expertis tantum  
dulce est, tot enormissimis flagitiis ac sceleribus for-  
dum senserunt dolueruntque vehementissimè, quod bene-  
ficia nunc à pace sperant, majorem indies isthinc ex-  
pectant. Assensum alii præbebunt faciliorem: quia  
plerique Vestrum pacem potius, quam bellum instituti  
sunt convenire agnoscunt. Quid? Nonne Vos Rectores  
ac Praesides Republicæ ea frequentius consilia in curiis,  
in aliis vestris promittis: quæ, postquam Vobis adju-  
ribus restituta est, tranquillitati stabilicndæ, et ad poste-  
ritatem propagandæ apta sunt et comparata? Non-  
ne Vos, sacrorum Antistites, ex publico suggestu quo-  
tidianus pro pace intercessores agitis: ne tam gramine  
mortalibus concessum munus celesti nobis ira denuo  
eripiatur? Neque et Vos, utriusque Juris periti, alia vo-  
ta animis vestris volutis ac revolvitis, quam quibus  
et publicæ rei et Vestræ Professioni congrua quies ex-  
putatur. Multo minus Vos, medendi Artifices, aliam vi-  
tæ fortunam majori odio habetis, quam quæ vitam  
per se brevem, multis sæpè millibus uno in prælio ca-  
dentibus, frustrato longæ artis auxilio, adhuc breviorum  
reddit. Vos denique, quotquot bonarum artium præsti-  
ter ac cultores estis, et, vix ubique revocatus, serio amatir,  
fortiora adhuc, quam Vulcanus olim, retia fabricare,  
vultis ac precibus jam tentabitis, ne ad pristinas gradi-  
vur ille Pater furias regrediatur. Eho verò, quam tur-  
pe nefas est, iudicium de pace præcipitare, eamque bello  
prius quam illius quæ causa acta fuerit, protinus præha-  
bere: pax etiam si valde optabilis sit nostris rebus exi-  
miè conducat. Neque ergo illum jam antea in consulta-  
tionis Sævis societatem adscitum desere puto: qui das